

7184

nomen Simeon etc., in quo fecit collationem quādam de sancto Simeone ad suam personam, sicut legerat be-
 atum Gregorium fecisse in sancto Job¹ dicens, quod nemo
 possit magis intelligere affectum infirmi, quam infirmus,
 senis, quam senex, dolentis, quam hic, qui est in dolori-
 bus, experientia magistra, et multa in ~~h~~ hunc modum,
 quae modo non amplius recolo. Exinde undecima die fuit
 feb. 12 quinquagesima, et huius diei missa, videlicet Esto michi,
 sibi exhibitit ultima, quam celebravit solito difficilius in
 magna defectione corporis sui duobus hinc inde sustentan-
 sibus, quorum unus ego, alter Marsilius, qui postmodum
 fuit abbas Syloae. ^x Hic nota lector, quanta in eo fuerit vitae
 sanctitas, vivacitas fidei, ~~am~~ animi fortitudo, qui a festo
 beati Nicolai usque in hanc quinquagesimam languens et
 deficiens ne uno quidem die pretermisit immolationem divini
 sacrificii servans fortiter in infirmitate virtutem, quam
 sanus et incolumis divino munere obtinuerat. Sane peracta
 ultima et finali missa sicut dictum est ~~et~~ in via re-
 sedit redeundo ad statum suum, de quo postea non surre-
~~erat~~ ~~xit~~ ~~no~~ nisi sublevatus alienis manibus. Deinde feria
 feb. 18 ^{ceps} II et deinceps ~~tot~~ septimana usque in sabbatum mane super-
 vixit et, qui missam celebrare non potuit, omni tamen die
 feb. 13 communicavit. Eadem secunda feria sorores super incommodis
 eius valde dolentes supplicavit ei per fratrem Marsilium,

1) Greg. Mor. lib. Epist. Miss. 5 (Migne 75, 615): Et forsasse hoc
 divinae providentiae consilium fuit, ut percussum Job
 percussus exponerem, et flagellati mentem melius per
 flagella sentirem.

fol. 93, p. 50
 vult. Gouss